monasteria, mapalia molendinaque diruere et cetera omnia edificia, ut sic mala agendo clarius eorum innotesceret inimicitia.

[7.] Hoc facto infortunio propter hominum et mulierum perterrita corda sola civitas cum militibus extraneis remansit, et ob pusilanimitatem[a] et trepidationem vulgi caterva magna pauperum et debilium animaliumque in ecclesiam maiorem super montem sitam[b] statim intravit, ob quorum[c] multitudinem defecit commeatus cum maxima vini et aquae penuria[1], unde clamor et[d] luctus multus invaluit. Nec propter hoc cessavit regis indignatio, sed magis de die in diem[d] accrescere cepit. Unde[e] contra ipsos Terdonenses invadentes a mane fere[f] usque ad noctem acriter dimicabant[2], et sic per totam quadragesimam[g] diebus omnibus hic Teutonici et Papienses in illos Terdonensium milites et pedites viriliter resistendo pugnabant[3], unde ex utraque parte crudelia[4] committebantur[h] prelia.

[8.] Postquam diversis preliis hinc inde commissis 1155.
ad Sanctam Hebdomadam[i] perventum est, in quinta feria, 24. März.
quae vocatur Cena Domini[5], et in feria, qua Christus fuit 25. März.
crucifixus[6], concernendo Terdonenses durum et difficilimum esse bellum, in civitate rerum inopia laborare et ab exterioribus auxilium haberi non posse et in ea conditione impossibile esse diutius permanere, concilio inter cives

---

a) 'pusilinimitatem' Legè I. II. b) So Legè II; 'sita' c. c) 'quarum' Legè II. d) 'et luctus — diem' fehlt Legè II. e) Folgt 'hostes' Legè I. f) 'fere' fehlt Legè I. g) 'quatragesimam' Legè II. h) 'commitebantur' Legè I. i) 'Hebdomandam' Legè I.

1) Vgl. unten c. 8 Ende und oben S. 117. 2) Ueber die zahlreichen Ausfälle der Tortonesen vgl. Otto von Freising, G. Fr. II 21 S. 124: 'Crebris tamen excursionibus, quasi nullo timoris periculo urgerentur, militem in castris manentem lacessebant' usw.; G. Fred. in Italia Vers 343—360; oben c. 5 Ende. 3) Vgl. oben S. 109. Die 'multos assultus, multas cedes et miserabilem stragem illorum et non modicum dampnum nostrorum' betont Ep. Frid. S. 3; 'plurimis ex utraque parte peremptis' sagt Vincenz von Prag (Ann. 1156, SS. 17, 666, 11 f.). 4) Vgl. Otto von Freising G. Fr. II 21 S. 124, 25: 'nonnulli (der Tortonesen) vivi deprehensi, ligni supplicio in oculis omnium penas meritas luebant'. 5) Nach Otto von Freising G. Fr. II 24 (ähnlich II 26 S. 131) lässt der König 'religionis intuitu quatuor diebus, id est a quinta cenae Domini feria usque ad proximam paschalis ebdomadae secundam feriam' den Angriff ruhen. 6) Am Karfreitag erfolgt nach Otto von Freising G. Fr. II 24 der Bittgang der Tortoneser Geistlichkeit zu Friedrich, von dem die anderen Quellen, auch Otto Morena und G. Fred. in Italia, schweigen. Vgl. oben S. 118 f., 139.